Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

carne soluatur; Sic enim raptus ē qui audiuit illic ineffabilia uerba
quae non lic& homini loqui · ubi usq: adeo facta est ab huius uitae sen
sib: quaedam intentionis auersio · Ut siue in corpore · siue extra cor
pus fuerit · id ē utrum sicut sol& in uehementiore extasi mens
ab hac uita in illam fuerit alienata manente corporis uinculo;
an omnino resolutio facta fuerit · qualis in plena morte contingit ·
nescire se dicer&; Ita sit · ut & illud uerum sit quod dictum ē ·
Nemo potest faciem meam uidere & uiuere; Quia necesse ē abstrahi
ab hac uita mentem · quando in illius ineffabilitatem uisionis ad
sumitur; Et non sit incredibile quib: dam scis · nondum ita defunc
tis ut sepelienda cadauera remanerent · &iam istam excellen
tiam reuelationis fuisse concessam; Quod existimo cogitasse illū
qui noluit dicere; Nec apostoli xpm uidebant ∴ Credens quibus
dam eorum · diuinitatis quoq: ipsius uisionem de qua loquebatur ·
&iam tunc potius se donari; certe propter beatum paulum · Quia
& ipse quamuis nouissimus utiq: apostolus erat · qui de sua illa
ineffabili reuelatione non tacuit; Quamquam & illi antiquo fi
delissimo famulo dī moysi mirum nisi in hac terra laboraturo ·
populumque illum adhuc recturo concessum ē quod p&iuit · ut cla
ritatem dnī uider& · Cui dixerat; Si inueni gratiā ante te · os
tende mihi temet ipsum manifeste; Accepit enim in praesentia
congruum responsum · quod faciem dī uidere non poss& · quam
nemo uider& & uiuer&; Hoc modo dō significante · alterius poti
oris uitae illam esse uisionem · Deinde in uerbis dī · futurae xpi
ecclesiae mysterium figuratum ē; Gestauit quippe moyses typū
populi iudaeorum · In xpm passum postea crediturī; Ideo illi dic
tum ē; Cum transiero · posteriora mea uidebis · & cetera quae
ibi dicuntur · mirabili sacramento praenuntiant ecclesiam
post futuram · Unde modo longum est disputare · Quod autē
dicere institueram · desiderio eius &iam illud quod p&i erat ·
∴ sedat · Nec apostolis xpm uidebant; ∴